



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Rationale Vtrivsq[ue] Potestatis Ecclesiasticæ**

**Talamellus, Thomas**

**Ticini Regii, 1618**

Ad Lectorem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61615)

# AD LECTOREM.



Nec omnia D. N. Iesu Christi necessaria praeclarissima, & iis-  
simaque documenta, illud exstat praecipuum ad rem nostram. Qui  
non est mecum aduersum me est, & qui non colligit mecum di-  
spergit; cui maxima fauet illud D. Pauli Ap. fratres estote imi-  
tatores Dei sicut filij carissimi, & ambulate in dilectione sicut et

Luc. c. xi.

Christus dilexit nos & c. & illud Ps. Bonum; id est melius est credere in Do-  
mino, quam credere in homine, Bonum id est melius est sperare in Domino quam  
sperare in principibus supple terrenis, & ps. mihi adherere Deo bonum est: po-  
nere in Deo spem meam, ut annuntietur oes praedicationes id est laudes tuas in portis  
filiae Sion; id est Ecclesiae; imò Hierem. maledictus homo, qui confidit in homine, &  
ponit carnem brachium suum, & a Domino recedit cor eius erit n. quasi myrica in de-  
serto, & non uidebit cum uenerit bonum, sed habitabit in siccitate, in deser-  
to in terra sulfuginis, & inhabitabili. Benedictus uir, qui confidit in Domi-  
no, & erit Dominus fiducia eius, & erit quasi lignum quod transfersatur  
super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit cum uen-  
erit aestas, & erit folium eius uiride, & in tempore siccitatis non erit sol-  
licitum, nec aliquando desinet facere fructum. Quo circa congruenter mos  
maiorum est seruandus, eo magis: quia qui de uno negat, de alio concedere ui-  
detur, & quando duo sunt contraria ad positionem unius sequitur destructio  
alterius, sic, & physice contraria mutuo se expellunt. At maiores nostri sine  
aliqua comparatione fuerunt D. N. Iesus Christus, omnes Sancti Profetae,  
Apostoli, Martyres, Doctores, Confessores, & quicumque alij sancti: Ergo  
mos eorum est seruandus, qui mirabiliter usque ad mortem passi sunt: ut cum  
Domino essent, cum ipsoque colligerent, uiamque spem ostenderent, maledictio-  
nem iam dictam euitantes, benedictionemque consequerentur: ut tandem de uno  
nequam saeculo negantes, de diuino famulatu aperte concedere uiderentur:  
atque ad positionem eiusdem diuinae collectionis sequeretur destructio disper-  
sionis. Bonum igitur: duximus (Candide Lector) pro modulo exiguae, minimeque  
capacitatis nostrae in hoc nostro rationali utriusque Potestatis Ecclesiae,  
una cum Domino: imò de Domino colligere rationes, auctoritates, nec non cla-  
ram ueritatem praedictae Potestatis Ecclesiae: eidem S. M. E. Catholice  
tradite relictaeque a D. N. Iesu Christo: de quo Mardocheus dicit, Domine  
Deus rex omnipotens, & in ditione tua tua cuncta sunt posita, & parum in-  
fra, Tu es Dominus omnium, Ioannes, eiusdem Discipulos dilectus dicit, qui est  
seclis fidelis, & princeps regum terrae, & eodem parum infra Regnabit Deus  
noster idem D. Io. eodem libro In eternum alleluia: quia facta est salus, & uir-  
tus, & potestas Christi eius alleluia. Magna, & mirabilia sunt opera tua Do-  
mine omnipotens iusta, & uere sunt uis tua rex saeculorum. Quis non time-  
bit te domine, & magnificabit nomen tuum? & c. & habet, in uestimento,  
& femore suo, scriptum Rex regum, & Dominus dominantium, Rex magnus  
super omnes Deos, & alibi qui facit mirabilia magna solus: & uersu ulti-  
mo Confitemini Domino Dominorum & c. & psal. 46. Quoniam Rex omnis  
terrae

psal. 117.

psalms 72.

cap. 17.

l. moro ma-  
iorum ff. de  
iurisd. iur. &  
C. de testa.  
oia iuxta l.  
max. Ciui. ff.  
C. de li praer-  
ter, & ex  
he

l. si maritus  
in fine de  
proc. ff.  
ff. de proc.  
l. pomp. §.  
sed & 15.

Ester. c. 13.

Io. Apoc. c.

Apoc. c. 15.  
apoc. c. 19.

psal. 94. §.  
134.

*terre Deus: Psallite sapienter &c. Ecclesiastici Vnus est altissimus crea-*  
*tor omnipotens, & rex potens, & metuendus nimis, & sedens su-*  
*per thronum illius & dominans Deus. Quamobrem bonum: imò optimum*  
*est esse cum ipso, nec non colligere cum eodem, minimeq; dispergere. Dominus*  
*Iesus Christus namque se habet ad Ecclesiam sanctam Catholicam, sicuti*  
*sponsus ad sponsam: inter quos quodammodo omnia solent esse communia: Vn-*  
*de D. Io. Apost. Vidi Ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem*  
*de celo à Deo paratam, sicut sponsam ornatam uiro suo. Ob id colligens cum*  
*S. M. Ecclesia, Dei Regina, astitit Regina à dextris tuis in uestitu deaurato*  
*circundata uarietate; per hanc Reginam secundū D. P. Augustinum, & Do-*  
*minum Iacobum nostrum Valentinum, intelligitur Ecclesia circumdata sacra*  
*doctrina in uarijs linguis: uel uarietate sanctorum Sacramentorum: Meritò*  
*itaq; cum D. N. Iesu Christo colligere dicitur, & creditur: qui cum Eccle-*  
*sia eiusdem sponsa colligens pro uiribus ostendit eiusdem, uel utriusq; digni-*  
*tatem, ueritatem, uariamque potestatem: quæ omnia communicasse, siue com-*  
*municare eidem fatendum est D. N. Iesum Christum ex perfectissima sua li-*  
*beralitate, misericordiaq; maxima. Nec abre idem euenit cum naturaliter,*  
*caput influat in membra: ita idem Dominus nos ter eidem Ecclesie &c. tan-*  
*quam caput: ut clarius, & aptius patebit inferius.*

*Aduertendum est igitur primo (benignissime Lector) multos in hoc pre-*  
*senti opusculo nostro allegatos esse sacros Doctores, præcipue Augustinia-*  
*nos, quorum quidam sunt grauissimi, & primæ classis, quidam graues, & se-*  
*cundæ classis, quidam tandem minus graues, & ultimæ classis. Nec ob id ul-*  
*lum uidetur sequi inconueniens, quandoquidem clarè constat naturaliter eius-*  
*dem manus digitos non esse pares, siue æquales: omnesq; tamen eandem integra-*  
*re manū: ita à pari, & si non oēs iam dicti Sacri Doctores sint pares, omniū ta-*  
*men eorūdem doctrina, utillima, præclara, sanaq; apparet. Cū eorūdem fun-*  
*damenta, uel ex sacra scriptura, uel ex dictis Sanctorum Patrum, uel ex sa-*  
*pientum sententijs sint desumpta. Nec turberis (humanissime Lector) & si*  
*sequentia fundamenta, ac rationes sint desumptæ ex sacra scriptura, sacrisq;*  
*Doctoribus quoniã (ut optimè colligit B. Eg. n. Rom.) scientia humana prin-*  
*cipaliter innititur rationi, & ex consequenti auctoritati. Vnde locus (consue-*  
*uerunt dicere) ab auctoritate est valde debilis, & infirmus, & 2. metaph. im-*  
*pedimētū ad sciam est credere testimonijs famosorū. Sacra aut Theologia, siue*  
*scriptura è conuerso procedit, & se habet: quia auctoritas eiusdē est multo ua-*  
*lidior, et principalior, quā quacunq; ratio, unde S. P. Aug. Maior quippe hu-*  
*ius sac. scrip. est auctoritas, quam quecunq; humani ingenij capacitas, ac*  
*perspicacitas.*

*Colligas ergo (studiosissime Lector) hos quales sint ex humili Augustinia-*  
*na Arbore fructus, ad Dei optimi laudem, Sanctæque Matris Ecclesie utili-*  
*tatem siue defensionem, comunemq; nostram salutem. Amen.*

eccl. c. 1.

simile

1. poc. c. 21

psal. 44.

simile

simile

2. supple  
aduertas.

2. sent. d. 1.

q. 1. art. 2.

in corp. ar.

v. 4.

2. met. tex.

2. lib. super

Gen. ad lit.